

illustrius ullo unquam tempore inventum est, seu aliquando inventi poterit? haec sola cœlum, ac terram magnitudine superavit. Quidnam illa sanctius? non prophetæ, non apostoli, non martyres, non patriarchæ, non angelii, non throni, non dominations, non scruplum, non cherubim, non denique aliud quidquid inter creatas res visibiles maius, aut excellentius inventi potest. S. Ephrem (orat. de laud. Virg.) in hunc modum loquitur: *Nula comparatione omnibus superis exercitibus gloriioris, praestantissimum orbis terrae miraculum, omnium sanctorum corona ob fulgorem inaccessa.* D. eliam Bonaventura (lib. de laud. Virg.) ex variis Patrum doctrinis docet Dei gloriam magis in sola Virgine, quam in ceteris Dei operibus, Christi semper excepto, emere: quod utique verum non esset, nisi omnium bona et perfectiones gloriae in Virgine essent congregatae. Sed clarus omnibus hanc Virginis excellentiam tradidit expressus angelicus doctor d. Thom. (lib. de solemnit. sanctor.) explicans illa verba (Eccles. 24): *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, ait: Per sex arbores, quibus comparatur exaltatio b. Virginis in ista epistola, intelligi possunt sex ordines teotorum. Cedrus significat angelos proper naturas subtinente, (Ecccl. 31): Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei; idest, angelii non fuerunt subtilioris naturas lucifero. Cypressus significat patriarchas, et prophetas per odoris suavitatem: unde de uno dictum est (Gen. 27): Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Palma significat apostolos proper gloriosum de universo mundo triumphum. Palma etiam significat victorianam (Apoc. 9): Et palmae in manibus eorum. Rosa significat martyres per effusionem sanguinis, qui habet colorum ruborem (Ecccl. 39): Et quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificat. Oliva significat confessores proper olearum (Psal. 51): Ego amavi sicut oliva fructifera. Platanus significat virgines proper frigiditatem, libidinis incendium extinguentem: crescit enim iuxta aquas, in qua frigiditas notatur. Sicut cinnamomum, et balsamum aromatizans odorem dedi suavitatis, (Ecccl. 24): Quanto subtilius, tanto melius est, et magis odoriferum, et per hoc intelligitur humilitas. Balsamum autem quanto grauies, et ponderosius, tanto melius; unde probatur in aqua, et si cito descendat ad fundum, habetur probatum. Per hanc proprietatem potest intelligi gratias morum: haec autem duo dant odorem suavitatis. Est ergo sensus, quod Virgo est exaltata sicut angelii, patriarchæ, et prophetæ, apostoli, martyres, confessores, et virginis. Est lipo, qui pauca dicit, significat magna; fuit enim exaltata super chorus angelorum, et super omnes sanctos: nec mirum, si est exaltata sicut angelii, patriarchæ, etc. in carne enim esse, et secundum carnem non vivere, non terrena vita est, sed coelestis. Virginitas soror est angelorum. Habuit etiam meritum prophetæ prophete (Luc. 1): Beata me dicent omnes generationes. Vidi enim spiritu propheticō, et prophetari, quod debebat beatificari ab omnibus gentibus; et quod omnes gentes debent recipere filium Dei: et suum habuit meritum apostolorum, et evangelistarum docen-*

do. Multa enim scripta sunt, et praedicata, quæ non potuerunt sancti, nisi per revelationem eius scrire, sicut de visitatione angelii in conceptione, et alii pluribus. Habuit meritum confessorum devote Domino confiendo. (Luc. 1): *Magnificat anima mea Dominum. Habuit meritum virginum, inchoando virginitatem, et conservando, (Luc. 1): Ingressus est angelus Gabriel ad Mariam Virginem: et sicut habuit meritum omnium, et amplius; ita congruum fuit, ut super omnes ponatur ordines coelestis; haec ille. Quorum compendium paucis verbis mihi fecisse videbut b. Laurensius Iustin. (serm. de assump.) dicens: Merito quidquid honoris, quidquid felicitatis habetur in singulis, totum abundant in Virgine. Atque hinc est, quod b. Ildephonsus (serm. 2. de assump.) praemium beatiss. Virginis incomprehensibile appellavit: *Sicut est, inquit, incomparabile, quod gessit, et ineftabili quod percipit; ita est incomprehensibile praemium gloriarum quod meruit.* Illud autem speciale valde piae ceteris omnibus alii beatis habuit b. Virgo, quod eius beatitudine, non solum intensive, ut huic ostendimus, sed et extensive etiam, ut more scholasticorum theologorum loquar, omnium aliorum beatitudines in unum quoque collectas longe superavit. Videt enim in Verbo omnium quacumque videt Deus scientia visionis, ut præter moderniores doctores id afferentes docuit s. Germainus (serm. de assump.) dicens: *Spiritus tuus, o Maria, vivit in aeternum. Omnia observas, omnia intueris, et inspectio tua ad omnes se porrigit.* Ratio etiam non parum constans id confirmat, quia ut d. Thomas docet (1. p. q. 12): *Unusquisque beatus videt omnia, quae pertinent ad sumum speciem statum.* Cum autem b. Virgo non solum universalis domina, regina, et mater, sed singulariter etiam modo fuerit cooperata Christo Domino ad omnium electorum salutem, Andrea Cretensi dicente: *Solo præter natum fuit electa ad naturam renovandam: sola deseruit opifici universae naturæ; et ex alia parte cum omnia, teste d. Paulo, sint præter electos, tam naturalia, quam supernaturalia; consequens est, ad statutum beatiss. Virginis proprie spectare, quatenus sub Christo fuit velut universalis causa instrumentaria nostræ salutis illi conjunctissima, omnia in Verbo perlustrato, et clare videtur. Scio ab his excipere Franciscum Suarez interiores animes Christi cogitationes, quas ait non videri a Virgine, quia cum illa, inquit, longe sit Christo inferior, tam dignitate, quam beatitudine, non decet, ut sine manifestatione, et consensu eius, omnes illius cogitationes, et interiores actus intueri possit. Sed non video necessitatem huius exceptionis: quia si Christus Dominus, ut ipse dixit, omnia quacumque audivit a Patre suo, nota fecit discipulis, nihil mirandum, si omnia arcana cordis sui nota facial matri; nec id unquam contingere absque consensu Christi Domini, sed ipso potius libertissime consentiente, ut gloria b. Virginis etiam extensis cumulatior sit: nec per hoc illa aquaebus gloriae illius, quia perfectiori lumine, et claritate, et intensius ipse videt Deum, et plura ex rebus possibili-**

bus in Verbo penetral, quam mater; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA X.

De magnitudine gloriae accidentalis Deiparæ Virginis, ubi de percebile pompa, dulci melodia, ac regio apparatu, quo assumpta fuit in coelum, disservimus.

Cum magnae malris Mariae pompam, et apparatum, quo ad aetherum thalamum in die assumptionis suea evecta fuit, pro modulo nostro, et radii, ut aiunt, Minerva descripturismus, orationis materiam mutuare placuit ab honore, et iubilo, quo filius prodigus in domum patris sui rediens, suscepimus est. Etenim si argumentum a minori ad maius in eodem genere philosophi omnes firmum, a solidum esse censuere, non insipient colligam. Si filius prodigus, qui, ut sacer Evangelista ait (Luc. 15), deoravit substantiam suam cum meretriciis, ingredens domum patris sui, magno cum honore, et iubilo ab eo suscepimus est; mater certe amantissemus, quae nullam substantiam unquam dissipavit, sed sanguinis potius propriam substantiam ad formationem corporis Christi subministravit, coelestem filii aulam ingrediens, ab eodem honorificens suscepta merito censeri debet.

Quatuor præcipue facta fuisse commemorat d. Lucas (c. 15) ad ingressum filii prodigi in dominum patris sui. Primum: auctus iubilus musicæ, et chori: *Audiret symphoniam, et chorum.* Secundum: pater filio ad se venienti obvianvit, hilariter eum suscepimus: *Accurrens cecidit super colum eius, et osculatus est eum. Terminus: pretiosis vestibus induit (Luc. 15): Cito proferre stolam primam, et induit illum.* Ad laudem etiam convivium apud se considerare fecit: *Manuteneamus, et epulemur. Quartum tandem, annulo manu eius exornavit (Luc. 15): Date annulum in manu eius.* Haec si in Virginem convertamur, hand difficile erit ostendere illis omnibus. Deiparam in die triumphantis eius ingressus, in coelestem filii sui domum, longe cunctulatus ab eo donatum fuisse. Et quidem, ut a iubilo, et psallentium choro auspicemur, s. Ildephonsus (serm. 1. de assump.) hoc idem argumentum pertinaciter, inquit: *Quid hodie ante beatam Virginem, quando illa in coelestem Hierusalem evichitur, quantus exercitus sanctorum præcurrat cum hymnis, et canticiis. Nec dubium, quin illa centum quadraginta quatuor milia, qui in conspectu seniorum sunt, tenentes cytharas suas cecinere cum omni fragore coeli, canticum novum, quem nemo protestare dicere, nisi ipsi, qui hodie festive venimus obvianvit cum cytharis suis, ac laete in suo beatum chorus excipiunt Virginem, non qualemque, sed unam de numero prudentem, et primam omnium inter primas, quae vadit post a-*

gnum proximior. Huius iubili egregiam repatio figuram (2. Reg. 6), ubi lego, quod David, et omnes filii Israel deducebant arcum testimenti Domini in iubilo, et in clangore bucinae, et quod omnis dominus Israel psallebat, et iubilabat in omnibus lignis affabrefactis, et cytharis, et lyris, quibus triplex musices genus indicatur: triplex enim est sonus musicae. Primus, qui voce formatur, sicut in canto, id quod exprimit, cum ait, in iubilo: nam iubiles artificiosa est modulatio. Secundus, qui fit cum flatu, id quod significat, cum ait, cum clangore, ut in buccina. Tertius tandem, qui ex pulsatione causatur, sicut in cythara; quod verba illa indicant: *In omnibus lignis affabrefactis, et cytharis.* Si ergo David, cum veterani illam arcum Domini, quae Mariae procubilis typus erat, in meliorem domum vellet traducere, præ summo gaudio exsilit, chorum psallentium, et cantantium instituit, variis hymnis, et instrumentis musicis conceptum animo gaudium declaravit, omnipotemque Dei populum ad edenda laetitiae publicae signa ovantem secum deduxit; nomine credendum est, verum Davide Christum Dominum non modo angelos, sed etiam coelites omnes inviasse, ut propenso, et ardenti studio, inseta exultatione, ac singulari observantiae significazione illi obviam prodirent, quae Regis aeterni mater, eadem et coelorum regum imperi sui possessionem accepta veniebat? Itaque licet magna cum laetitia, tum ovatione area velus ex domo Amiada deducta fuerit a rege David in eius civitatem, maiores tam cuncti tripudio, et triumpho nova Dei viventis mater ex hac mundi plaga ad felicitatis aeternae urbem translatâ est a Rege regum Iesu Christo. Cerno illuc populum multum nimis, omnes electos ex Israel trinita militia confluxisse ad eandem deducendam: hic multitudo innumeram video ex omnibus tribubus, gentibus, populis, et linguis, captivam illam, quam Christus duxit secum captivitatem, prodire in occursum regiae coelorum serenissimam. Video novo curri illam impossum boum, ingatu traduci: hanc manibus angelicis, ac dilecto suo innixum assumi: video Davidem ante velarem arcum sub silentem, et toto corde una cum septenis choris adiunctis choræ ducentem. Ille desperat habet Michol: hic omnis Ecclesia sanctorum demiratur Altissimum matri sua sanctissimæ Virginis novensis choris angelorum circumdata præceuntem, atque tunc mihi videbit impullem illud, quod (Paralipom. 5) legitur, ubi postquam sacer Textus dixerat: *David congregavit maiores natu Israel, et cunctos principes tribuum, et capitia familiarium de filiis Israel in Hierusalem, ut adducerent arcem foederis Domini;* et postquam subiunxerat: *Et intulerunt sacerdotibus arcem foederis Domini in locum suum, idest ab oraculum templi, in sancta sanctorum super alas cherubin, hanc subscribit, quæ ad concutum pertinent: Igitur cunctis pariter, et tubis, et voce, et cymbalis, et organis, et diversi generis musicorum concitatibus, et vocem in sublimi tollentibus, longe sonitus audiebatur.* Similia in introductione huius mysticæ arcae in coelestem Hierusalem ac-

cidissee testator sanctus Cerdurus Episcopus, et martyr (hom. de iubil. Virg. Assumpt.) dicens: *Hodie beatam Virginem colti suscepimus laetando, angeli quændo, archangeli iubilando, throni exultando, dominaciones palliendo, principatus harmonizando, potestates egzarizando, cherubim, et seraphim hymnizando; atque ad supremum divinæ maiestatis tribunal deducendo.* Et quidem, si ut referat propheta Daniel (c. 3), ad honorem statuae, quam Nabuchodonosor rex erexerat, intonuit sonum multiplex tubae, fistulae, cytharae, sambucæ, psalterii, simphoniae, ac universi generis musicorum; quis queso sibi persuadeat, in erectione non statuae illius inanimatae, quam impius rex Nabuchodonosor confecerat, sed in assumptione Dei genitricis, angelicum concennum, ac omnium musicorum instrumentorum suavissimum harmonion desideratum fuisse? Non solum autem instrumentorum sonus, sed et coelestium civium sonora modulatio audiebatur: nam divisor Athanasius (*in serm. de Assumpt.*), seu in evangelio de sanctissima Deipara, clarissime docet omnes angelorum Hierarchias in celebri hoc Mariano triumpho stuator cœciniisse: *Beato, inquit, te praedicant omnes angelorum, et terrestrium Hierarchiae: et hierarchicas manus attentes, benedicunt tibi, quae et in coelis be nediceris, et in terris beata prædicaris: benedic tu in mulieribus, et benedic fructus ventris tui.* Istiusmodi enim benedictiones te celebrat prima aries, quae et thronis, cherubinis, et seraphinis constat, qui aut flammæ, aut magni Regis Dei cognitores appellantur. *Benedicta in mulieribus, et beatus uterus tuus Dei gestator, et uera, quae adhuc infantulus susxit.* Secunda vero Hierarchia, quia domi nations, virtutes, potestates, complexitatis, ad te respectantes, clamat, utique, quae hæc didicierit a sublimiori Hierarchia, plusquam initia sit: *benedicta tu in mulieribus, et benedicenter venter tuis, qui Deum concepit, et mammillas, quae Deum edaverunt puerum factum. Iam tercia ex principibus, angelis, et archangelis aries, quibus mandatibus, et permissum fuit a Deo emittente, ut per unum Gailem archangelum ederet splendidissimum, et capacissimum hymnum in haec verba: Ave gratia plena, Dominus tecum. Non solum autem angelici spiritus, sed et universi coelites, Mariae triumphum gloriosum celebrarunt, cum divus Bernardus (*serm. 1. de assumpt.*) dicit, empyreum coelum evanescutum fuisse, ut tota coelestis curia in occursum Dei Genitricis venire: verba eius sunt haec: *Quis cogitare sufficiat, quam gloria regis mundi regina processerit: et quanto devotionis affectu tota in eius occursum coelestium legionum prodierit multitudine? quibus ad thronum gloriae cantus sit deducta, quam placido vultu, quam serena facie, quam divinis amplexibus suscepta a filio, et super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanto digna fuit: cum ea gloria, quae tantum decuit plium. Itaque novensis angelorum chorus intermixtus sub vexillis septem, aliis choris procedebat ante sacralissimum Dei parentem. Primum agmen patriarcharum ducebat Adam protoparen. Alterum prophetarum anteibat Moyses datum om-**

nium primus. Martyribus ostro purpureo fulgens laborum, praeferebat Abel innocens a fratre occisus. In storum qui sanctimonian doctrina illustrarunt, carulea signa, antecedebat. Enos Vetus virginis chorus præcepit Maria soror Moysi: aderant, et innocentes infantes qui lacteo sanguine terram pro Christo irrigaverant, sequebantur. Deinde reliqui omnes electi, qui vita innocentia acta ad sedes beatas cum Christo ascenderant. Incundum erat videre sens illos vigintiquatuor, retectis capitibus ante propinacum patriarcharum incedentes, laudiabant protoparentes matrem viventem, quae oculato suo pede detrivit serpentem. Noe arcum orbis servatricem salutabat. Abraham, et Isaæ fecundam seminis, in quo omnes gentes beneficuntur, magnificabant. Jacob domum Dei, portam coeli, puteum conclusum, fontem aquarum viventium, fastigium virgum, quod a doraverat, Mariam venerabat. Moyses rubrum, quem inoffensum sacra flamma lambebat: virgam, quae sua superabat miracula virgæ: petram, quae perennantes inexhausto fluvio fudit aquas: tabernaculum, in quo immensus, velut in conopaco residens, delicias nobiscum voluit habere suas: tabernaculum foederis, sub quo Deus, atque homo foeda in gebat: aram odorati thymiamatis, quod suo odor mephitum nostrum criminis correxit: sanctuarium. Del sacris virtutibus ornatum, in quo sedem Deus collocarat, arcam testamenti, propitiarium Altissimi noncupabat. Balaam matutinum sydus, Aaron virgam floridam, locum tentor solis, Gedeon bellum aereum, David cisternam Bethhelemiticam, Salomon navem institoris, favum distillantem, fontem signatum, domum sapientiae, speculum sine macula, pulchram ut luna, electam ut sol, turrim eburneum, castrorum aciem ordinatum, paradiseum voluplatum, lilium inter spinas, hortum conclusum, ferculum aureum, thronum eburneum, unicam columbam, amicam, sponsam Dei collaudabant. Alii gloriales esse, gloriam Hierusalem, solium gloriae Dei, honorificantem populi, civitatem regum, urbem fortitudinis, torquentem mellis, et butyri, desiderantem collum aeternorum, regiam coeli fausti concentibus exclamabant. Quid plura? omnes, et singuli, qui hunc celebrati triumpho aderant, Mariana trophya decantabant. Quidam genealogiam insignet, ex qua orta, insonabat: alius ex sternibus mirandam conceptionem, et sanctificationem iam statim a concepta ordinebat: subiungebant aliis nativitatem saeculis opalatum, praesentationem praematuram, educationem planam ad normam divinam, volum virginitatis a teneris ungutulis Deo emissum, virtutes supernaturales, quibus se Dei matrem dignam fecerat. Alii, Dei in ipsis utero incarnati, genitiram, cunas, fascias, lacrimas guttas, labores, dolores, curas, anxietates, quas pro filio, et Ecclesia sustulerat, merita, et ornamenta animi reliqua, quibus se supra ipsos seraphinos eleverat, extollentes, virginitatis, et foecunditatis aram exsculpanabant. Ac tandem cuncti coelestes cives congratulantes Virginis salutabant: *Gaudete sacrosanctum regis patrum, gaudete thalamæ, in quo sibi Christus*

humanam naturam despondit. *Gaudete divinum inter Deum, et homines conciliatione instrumentum: gaudete thesauræ vitæ immortalis: gaudete domicilium coelo praestans, in quo sol gloriae resplenduit: gaudete terra sancta virginæ, ex qua novus Adam formatus est, qui veterem servavit: gaudete fermentum sanctum a Deo datum, ex quo totius humani generis massa condita, et in uno corporis Christi panem evadens admirabilis ratione coagimentata est: gaudete gaudiæ mater sempiterna: gaudete nova Dei area, in qua Dei Spiritus conguevit, in qua Noe noster Christus genus servavit humanum, in quo novæ gloriae auctor, et qui natura sanctus est, in tua virginali officina corpus sibi mirabilis ratione conformavit, non deserens esse, quod erat, quippe immutabilis, sed assumens, quod non erat. Gaudete urna aurea, que continet illum, qui dñe mama, et mel de petra ingrato populo dedidit. Gaudete seraphica mystici carbonis ardentes forces. Gaudete spirituale praecognitionis perspicue symbolum, per quod prophetæ infinitam erga nos Dei submissionem valicinati sunt. Gaudete speculum, per quod iustitiae Solem venientem a coelo suscipientes ii, qui in densi tenebris peccatorum versabantur, illustrati sunt. Gaudete tandem prophetarum, et patriarcharum omnium deus, et clarissima arcanae praedestinationis humanae tuba.*

Certe cum beata Virgo, ut decebat matrix Dei dignitatem, omnium sanctorum gradus, et ordinum status se una complectetur, merito omnes illi ei uibilantes, congratulari per erat. Ipsa instar angelorum salutem, pacem, et gaudium toti mundo praeservare per saluterae sua prolixi partum. Ipsa instar prophetarum, propheticæ dona spiritu, se ab omni generatione beatam dicendam praedixit. Ipsa instar apostolorum sacratissima Dominicæ incarnationis mysteria suis oculis perspecta, et quae alta mente reposerat, universa Ecclesiæ debito tempore reservavit. Ipsa instar martyrum, anticipi gladio acerbi doloris in passione filii transfixa, non minores, immo acerbiores, quam martyres in suis corporibus, animi cruciatus pertulit, ut divus Hieronymus testatur (*sermone de assumptione*), plusquam martyrem, illam vocans. Ipsa instar sanctorum Christi confessorum, contemptus huius saeculi oblectamentis, totam vitam in paupertate, abstinentia, et sobrietate transegit, ac in pace moriens, requievit in Domino. Ipsa instar virginum, quarum nemo negabit, acceptice bravum, quæ Virginum regna esse perhibetur, non solum montis, et corporis perpetuum seravit virginitatem; sed illorum statum foecunda sua virginitate ingenti splendore decoravit. Cum igitur omnium ordinum, et statum perfectionem particeps esset, merito ab omnibus illis honorari, et applaudi aequum erat.

Ceterum, ut modus, et ordo, quo hic honor Virginis delatus fuit, vobis clarissi innotescat, rem mirabilem, quam vetustus, ac eruditus theologus Sanctus Porta Ordinis Praedicatorum (*in suo propter. Marial. serm. 7. de assumpt.*) tradidit, commemorabo. Ait enim sanctorum omnium ordines singulari ratione secundum lo-

Ceteri tantum cœcineret Vatum,
Corde praesago iubar affutaram,

Tu quidem mundi sceleris auferentem

Indice prodis.

Orbis item Iovis non male patriarchis congregabat, quia, ut astrologi testantur, astrum hoc iudicatur fortunatum. Sancti illi patriarchæ in eo fortunatissimum habuere sortem, quod

Christus Dominus, et beatissima Virgo ab eis secundum carnem, generosam, et regiam originem traxerunt, ut testatur divus Matthaeus, genealogiam, Christi, et matris eius per illos patriarchas enarrans: *Liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham.* Ac tandem orbis Saturni angelorum omnium caeti, ex eo valde consentaneus fuisse perhibetur, quia ut iudicium astroligum cum suo Ptolemy aiunt, influxus illius potentiam visivam acutum, et qui sub hoc astro nascuntur, semper sunt *bene viventes*, ut eorum verbis ular. Angeli autem licet alioquin de eis loquens Apostolus (ad Hebr. 1) dicat: *Omnis sunt administratorum spiritus in Ministerium missi propter eos, qui haereditatem capiunt salutis; nunquam tamen a clarissima divina essentiae visione, nec per momentum recedunt, Christo Domino dicente (Math. 18): Angeli corum semper vident faciem Patris mei, qui in celis est.*

Verum, quia parum Christo Domino videbatur, omnes coelicolas in occursum suae genitricis venire, ipse quidem propius, quam paterfamilias, qui accurrens filio prodigo, illum amplectatus est, ingenii maiestate, et gloria obviam venit mater sua. In cuius figura legimus (3. Reg. 2), quod venit Bersabe ad regem Salomonem, et surrexit rex in occursum eius. Unde divisus Hieronymus (ser. ad Eustoch.) dixit: *Nec immittere creditur, quod ipsi Salvator per se totus festivus occurret, et eam cum gaudio secum in throno collocaret; alioquin quodcum eredetur implesse, quod ipse in lege praecepit: Honora patrem tuum, et matrem tuam?* Quibus non dissimilata sunt illa divi Bernardi (sermon. 1. de Assumpt.), dum ait: *Enim non solum tota coelestium legionum multitudine, in Mariae occursum prodit, illamque ad thronum gloriae magnum devotionis affectu deduxit; sed et filius placido vultu, serena facie, divinis amplectibus, candens suscepit, ac super omnem creaturam exaltavit, ac denique dulciter osculatus est.* Narrat Augustinus (lib. 2. de civitate. Dei capit. 4), quod olim gentiles ingressura Romam mater, quam Deorum vocabant, Berecythia nomine, ingenti planu, et iubilo fuit suscepta, adductaque aliis Romanos illud Apollinis oraculum suscepisse, ut clarissimum omnium civium in occursum tantae matri egredetur. Senatus vero decrevit, ut Scipio Nasica vir omnibus numeris absolutus ad illud munus praestandum illi occurreret. Cum igitur Depara Virgo non falsorum Deorum, sed veri Dei genitrix esset, merito non Apollinius, sed Dei Patrius decreto factum est, ut praestantissimus omnium virorum Rex gloriae Christus in occursum matris sue egredetur. Quod si, ut Strabo commemorat (lib. 1. cap. 4), pater Demetrii ad multa millaria egressus est, cineres corporis filii sui suspicendi gratia; quanto maioris dilectionis affectu censendum est obsequientissimus filius matris suae in coelum ascendentis granatam occurrit, non ut mortui corporis cineres, sed vivum, ac gloriosum dolibus praeditum Mariae corpus suscipitur? Quod si humano modo exprimendum est, quid filius matris accurrens dixerit, putarim certe dixisset: *Veni dilectissima genitrix mea, receptu-*

*matri praeslitit, ut super ipsum enixa, usque ad thronum sanctissimae Trinitatis progresseretur, silentio praeterire non licet. Processit ergo non ut Esther, ancillarum humeris imitans: non ut Benabas manibus nulla principum: non ut Helias igne curru vectus; sed brachio filii sui enixa ingenti honoris splendore dueta est. Quod ne proprio Marte confugere videar, adest divinum oraculum non obscurum id praedicens (Cant. 8): *Quae est ista, quae ascendit de deserto, delicia affluens, innixa super dilectum, quatenus gratiae eius confidat, de viribus propriis minime praesumens, ut quae ignara non esset, neminem ad coeli cacumen scandere posse, nisi subinxum Christi favore, et auxilio, qui de coeli cacumine descendit, ut late prosequitur divus Augustinus (lib. de grat. et lib. arb. ad Valent. cap. 6). Tamen d. Bernardus (sup. 8. Cant.) hunc locum explicans fatetur beatam Virginem in die assumptionis eius corpore brachio filii sui infinitum progressum fuisse usque ad sedem regiae maiestatis, in qua filius eam collocavit: verba divi Bernardi haec sunt: Super hunc innititur mater illa felicissima, et in aureo reclinatorio divinæ maiestatis recumbens, inter sponsi, immo filii sui brachio requiescit. O quanta dignitas, quan specialis gloria inniti super illum, quem reverenter colunt angelicæ potestates; haec illæ. Sane in hoc genere honoris, quem Christus Dominus genitrici suæ exhibuit, videatur mihi missa officia voluisse rependere. Ipse dum infans, et parvulus erat, innitabar matris, pro brachis suis illum gestanti; in cuius figura Iacob vidit in somnis Dominum innixum scalæ beatam Virginem adunbramus; quae mystica scala esse perhibetur, per quam praedestinati in coelestem Hierusalem ascendant. Hodie iam deinceps illa occursus matris, rependit vicem, brachia sua supponens, ut illius imitans amantissimam mater, filiali reverentia, ac singulari honore conhestata, usque ad beatissimam Triadis solum, penè innumeris tam angelicis, quam humanis stipata spiritibus progrederetur.**

Porro iam veniamus ad stolam, qua diximus patremfamilias filium suum induisse, et ad lautum convivium invitasse (Luc. 15): *Cito proferte stolam primam, et induite illum. Manducemus, et epulorem.* Longe certe honorationis, et splendidiori stola, illis hodiernis die matrem ornavit, et lanto magis, et opiparo convivio Marie adventum illustravit, quae si quomodo delineare possim, varios favores, quibus rex Assuerus proscutus est reginam Esther, in memoriam revocabo. Non tam anxius fuerat Assuerus regum potissimum ex eis Vashti regnare, ut in eius dignitatem aliam sufficeret, quam Deus orbis monarcha ex lapsu angelorum, ut in eius sedem Mariam eleveret. Instruxerat ille convivium omnibus proceribus regorum suorum; qui hilarius cum iam interesset, sequit exilarassent, ut Imperii sic, et gaudi volvit habere Vashti consortem. Vocavit, invitavit, septem legatos misit, qui impensis super caput eius diademate, introdūcent, ut cunctis principibus pulchritudinem

ei ostenderet. Abnuit illa, contempsit, despexit, ei sistere noluit, deliciis in suo gynaeceo occupata. Abnuentem rex repudiavit, sprexit, abiecit, thoraco, et sceptro carentem fecit. Inque eius locum Edissam, quae alio nomine, vocabatur Esther, cooptavit, et assumpit; quam super omnes mulieres adamavit, habuit, que gratiam, et misericordiam coram eo super omnes foeminas: *Et posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vashti.* Illum, quem nunc vocamus regem super omnes filios superbias, olim creatum ad hilaria sua invavit summus orbis dictator, pars ut esset in triclinio coelesti convivarum, non postrema. Fecerat quoque et hic de se obsonium femelius illis lababibus, et errantibus angelis apostolanibus. *Similis*, ait, era *Altissimo.* Noluit, immo contemptus limen ingredi, et ne puncto quidem mouere voluit pedem; se solo suaque specie inescatus. Contemplorem maiestatis contemptus Deus, ingratus depulit, indignum coelo exturbavit, sceptris privavit; diu autem expectatam, et praeparatam Edissam, *Mariam*, assumpit: in eius thronum collocavit, prima ut esset inter vocatos ad nupias. Ordo igitur, et gradus, qui in conclavi patthaenico Assueri inter ascertissimas foeminas fuerat, tum modus parandi, et ratio introducendi, aliqui assumendi illas ad regium thalamum, a dumbrasse mihi videtur ordinem, et gradum filiarum Hierusalem, quae ad Iesu Regis aeterni complexum vocantur, eiusque sanguine emuntur. Tum deinde ritum praeparandi, commendi, ornandi, atque demum, et consuetudinem, et ritus deducendi, sive etiam assumendi. Plures apud Assuerum furant oblectando illi adductae; super omnes autem una regina. Non unius tantum animae causa pacificator noster, pacificus plusquam Salomon sanguinem suum fudit, sed ut omnes ad se traheret, venit: *Trahān, inquit (Ivan. 12), omnia ad me ipsum. Omnes subharrave sibi, modo ipsi non recusent, decrevit.* Sit vel Sephora Aethiops, vel Sara a spiritu circumessa, vel Mobitis cultui Deorum dicta, vel Magdalena septem daemonia ossessa, vel Hemorroissa sanguinem polluta, vel Chanaanæa Idolorum cultrix: nullam spernit, omnes abnuit, magi, comit, ornat, iamque pro conditione formae, et nitoris ornatas ad coeleste palatium introduci praecipit. Quemadmodum autem regi Assuero praeter regalem turbam erat unica papa eleceris electa, et dilecta; ita quoque Salvatoris nostro dilecta exstitit super omnes illas dilecta una, unica Maria, princeps animalium, regina orbis, primiceria, et mater sponsarum. Dicebat Esdras (4. Edr. 5): *Dominator Domine, ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium unum, et ex omnibus abyssis maris replesti tibi rivum unum: et ex omnibus adiectis civitatis sanctificasti tibimelipsi Sion; et ex omnibus creatis volatibus nominasti tibi columbam unam: et ex omnibus plasmatis pecoribus providisti tibi ovem unam.* Certe non alteram, quam Mariam, de qua idem Sponsus: *Una est columba mea, perfecta mea.* Deinde ad thalamum Assueri nomisi splendide exornatae introducebantur: nam integrè anni spatio comebantur, lofieni-

bus, unctionibus, strigmentis, et in primis quidem oleo myrrhino ad mundum, molititem, et glabritem sex mensibus ungelantur; deinde reliqui semestris spatio, pigmentis, et aromatis nitidabantur, et odoribus imbuebantur, tum patagio exteriori vari mulieribus mundi induebantur, et venustabantur. Sic lotae, complae, politae, puniculae, delubiae, exornatae, et seplenis virginiculis ancillis comitatae, a perductoribus paronymphis ad regiam auspicato deduebantur. Ad eum modum agitur cum Christo despensis animabus: nulla incompta, nulla habens rugam, aut maculam admittitur: abluuntur in primis in labro aureo Ecclesiae, quando aquis salutarius in baptismō tinguntur. Ceterum si aliqua labe se commulaverint, sanguine teperni Salvatoris nostri dealbantur: oleo postmodum magis pretioso, quam myrrhino, participi Spiritus sancti linuntur. Hinc pigmentis, et aromatis, odoratissimis mortificationis, et continentiae coniduntur. Cymella deinceps ex vestiti vestario deprompta adducuntur, quea ipse apud Ezechielis exprombebat, dicens (Ezech. 16): *Et lavi te aqua, et emundari sanguinem tuum ex te: et unxi te olio. Et vesties te discoloribus: et calecaris te ianthino: et cinxi te byso, et indui te subtilibus. Et ornari te ornamento, et dedi armillas in manus tuis, et torquea circa colum tuum. Et dedi inauram super os tuum, et circulus auribus tuis, et coronam decoris in capite tuo. Et ornata es euro, et argento, et vestita es byso, et polymito, et multicoloribus.* Sic decoratae angelis cornibus, introducunt ad coeleste palatium; et quae paratae, ut est in Parabolā, erant, intraverunt cum eo ad nuptias.

Praecipuo autem cultu ornabatur illa unica apud Assuerum; aliae hoc, vel tantum postulabant, non omnia accipere ausae; haec non requebatur, sed Egaeus caecis virginis, quo venustiore reddebat Principi, omnia illeclamata amoris regi, quibus sciebat, illum facilius pellici, dabat ei ad ornatum. Praeter septem lecissimas vinnulas destinabantur septem principes, qui hanc regi sisterent, ut ex mundo cultore, et frequenter comitatu princeps, et regina ab omnibus dignoscerentur, et colerentur. Non simplex palagium decebat reginam Virginum Mariam: eminebat cunctis dignitate, utpote non tantum sposa Dei, regina orbis, sed et mater Regis regum omnium. Alia pigmenta, et aromata, aliud myrrhinum parandae huic praeparatum fuerat, scilicet plenitude gratiae, et immortalis gloriae splendissima stola. Olim reges Persarum, ut auctor est Plinius (lib. 24, cap. 17), consueverant se pollinire helianthe, que herba in Sicilia montibus maritimis, folio myrti decocta cum apide Leonino, addito croco, et palmeo vino, censebant ab hac mixtura corpus aspectui reddi iucundius; ideoque candem herbam *helio-callida* nominarunt. Non simplici, sed regio ungue, sed ipso *adipe*, et *pinguineo*, ait, *repleat anima mea*. Nam non quolibet, sed ex leonis de tribu Iuda, sed illius, qui semper deliciatur in croce, qui fleti ad malum nescius, qui mens heliocallida, ex huic visce-

ribus apta mixtura, factis regalibus primis unguentis, conveniebat unguentari primam, non promiscua synthesi, sed primis ornamenti ornari primam, et supremam omnium par erat.

Ad extremum, si filio prodigo datum est annulus (Luc. 15): *Date annulum in manu eius, alias sane pretiosior porrectus est hodierna die matri a filio. Deserbiat olim annulus, et nunc partim viget hic mos, ad obsignandum literas, ut satis constat ex eadem regis Assucri historia, ubi legimus, Amanem accepisse a rege annulum regum ad epistolam significationem; et tradit etiam Blondus (*quæst. de Roma triumphantē*). Annulus igitur mysticus, quem rex potissimum, Christus Dominus matris sue donavit, facultas fuit, et potestas ad signillandas pro libito, quibus sibi bene placet, literas coelestium divitiarum dispensatrixes. Unde ad hanc magnam potestatem dispensativam, quam mater a filio in die sue assumptionis accepit, respicentes beatus Gregorius Nicomediensis Archiepiscopus (*orat. de e. dit. Beatae Virginis in templo ob.*) ausus est dicere: *Nihil tuas resistit potentias, nihil reputat tuas viribus, omnia cedunt tuo iussu, omnia tuo obediant imperio, omnia tuas potestas servient.* Immo quod amplius est, existimo beatam Virginem ab instanti, quo utero suo concepit Christum Dominum, nihil gratiae dispensatum fuisse coelitus, quod per manus Mariæ regio eius sigillo obsignatum non transiret. Equidem Christus Dominus in ventre matris delitescens, cum vere Dei filius esset, ad eum pertinebat generari a Patre, et eum Pater Spiritum sanctum spirare. Ne enim Pater, et Filius ab his immanentibus actionibus, nec per punctum ita desistebant. Hac autem mira, et inaudita excellentiae praerogativa donata fuit Deipara, ut utramque hanc dignitatem, generandi, et spirandi, quoad fieri posset, participaret: concipiendum enim Christum, vere genuit Deum, per quod same satis liquet participasse Virginem potentiam generativam Patris, unde revera ne maior, nec dignior erat Filius Dei in sinu Patris genitus, quam in utero matris conceptus. Itidem eliam cum ipsa sit vera genitrix filii Dei Spiritum sanctum producentis, qui fons est perennis, et scaturigo omnium gratiarum; certe ipsa producens filium productorem Spiritus sancti bonorum omnium largitoris, spiritualiter producit Spiritum sanctum in membris omnium fidelium, quibus coelestia illa bona, infercessione, et favoris sui mirabilis potentia communificantur. Accedit, quod, *Si iusto in terris credenti omnia sunt possibilia*, sicut veritas ipsa testatur; potiore quidem iure, matri Domini amplissimo fidei pignore super omnes credentes insignitae, haec ampla potestas tribui debet, ut dare possit hominibus bona, a Filio suo illa impetrans, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA XI.

Ostendimus, custoditas diligenter a Domino Marianae civitatis portas, quae faciunt conceptionis, et mors, in illa verba Davidis: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Inter varias coelestem arcanorum revelationes prophetas Ezechielis divinitus factas, illa, quam ipse (*cap. 40*) commemorat, non pauca Virginis praecognita complicitur: ait enim se vidisse civitatem magnam super montem excelsum aedificatam, in qua erat vir, cuius species, quasi species aeris, et faniculus lineus in manu eius, et calamus mensuram in manu eius. *Stabat autem in porta.* Omisso sensu literali huius loci, et ad mysticum solum mutuus conversens, civitas haec super montem excelsum b. Virginem delineat, tam in monte militantis, quam triumphantis Ecclesiae super omnes exaltata. Vir illa, qui habitat in ea, typus est Christi Domini in Virgine habitantis, qui ab instanti sua conceptionis vir fuit, iuxta illud (*Bierm. 31*): *Foenina circumdat virum. Funiculus, quem in manu sua habebat ad mensurandam civitatem, non obscurè adumbrat in sola manu Dei inventi mensuram ad excellentiam Virginis mensurandam (*Ezech. 20*): Ipse mensus est eam.* Quod autem stare in porta huius civitatis, mihi plane significat sollicitam curam, quam Dominus semper adhibuit in protegendo hanc civitatem, ne am quid coquinatum intraret in eam, aut hostes ad illam expugnandam quo modo aditum haberent, duas praecepit portas contemplor in b. Virginis, quae Filius Dei sollecite custodivit. Una est conceptionis, per quam illa ingressa fuit in mundum: altera mors, per quam egressa fuit ab eodem: in his illustrandis tota haec versabitur oratio. Et quidem in primis sancti Patres b. Virginem civitatem compellare consuerunt, praesertim d. Athanasius (*in Evangel. Deip.*), d. Augustinus (*lib. 17, de civit. Dei cap. 16*), et Methodius (*in hypop. Domini*): et merito quidem, quia Maria sancta est civitas Sion, cuius moenia nullus unquam babylonici hostis aries pulsavit. Civitas est, quam inexpugnabilibus monumentis tutata est is, qui murus est, et antemurale est. Civitas est, quia in ea omnium civium christianorum unitas perficitur, et ad quam fideles omnes conflunt, ut aeternae suae salutis negotia peragant. Civitas est, cuius gubernator Christus, senatores angeli, advocali apostoli, cives diversi fidelium status, virginum, coniugatorum, et viduarum, incipientium, proficientium, et perfectorum, qui omnes in ea habitant, Ecclesia catholica dicente: *Sicut lactentium omnium habitat in te, sancta Dei genitrix.* Civitas tandem est Maria, excellenta situs, fossariorum depressione, murorum circumdatione, turrim celistrinum, cibarium copiosa praeparacione, ac militum custodia celestis, et conspicua. Situs eius est super omnes spiritus angelicos, cum Ecclesia canat: *Exaltata est sancta Dei genitrix super choros*

*angelorum ad coelestia regna. Profunditas, et depresso fossati abyssus est humilitatis eius: sicut enim David, ut legitimus (*lib. 2, Reg. 5*) civitatem Sion extrixit in Mello, qui vallis erat, ad instar voragini profundissima; etiam Deus ei itatem suam, hoc est Mariam, in mello profundissimae humilitatis condidit. Circumdatum murorum ipse Deus fuit (*Ier. 26*): *Ego murus, et antemurale.* Turrium altitudo sublimitas est mortalium Mariæ, que altitudinem meritorum omnium Sanctorum transcendi. Cibarium copiosa praeparatio non desideratur, ibi panis vita, qui de coelo descendit ibi adest frumenti salientis copia, ibi sal sapientiae, ibi fons aquae salientis in vitam aeternam, ibi caro agni immaculata, ibi vestis decoris, et honestatis, ibi ignis charitatis, ibi aura sancti Spiritus perflans, ibi paradisus inclusus totius voluptatis, ibi instructio militum coelestium, cum agmina angelorum eam circumdant (*Cant. 3*): *Septuaginta fortis ambient eam;* immo milia milium ministrant huc civitati (*Dan. 7*): *Et decies milles centena milium as-sistunt ei, sicut et filio, qui huius urbis Dominus rex, inhabitator, immo et fundator existit, Davide dicente (*Psal. 80*): Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. In quorum verborum expositione d. Augustinus (*sup. Ps. 80*), quaerens quomodo in ea civitate Sion, Deus homo factus fuerit, et ipse eam fundaverit: etenim, ut ipse in ea fieret homo, opus erat prius civitatem illam esse fundatam, et erecnam respondet, ratione divinitatis dici: *Ipse fundavit eam: et ratione humanitatis: homo natus est in ea: verba eius sunt haec: Quomodo in ea factus est, et ipse eam fundavit? ut in ea fieret homo, iam fundata erat: sic intellige, si potes. Et enīm mater Sion dicit; sed homo mater Sion dicit: homo autem factus est in ea, ipse autem fundavit eam; non homo, sed Altissimus, sic fundavit civitatem, in qua nascetur, quonodo crevit matrem, de qua nascetur; haec d. Augustinus. Verum ut excellentia huius sanctae civitatis magis innotescat, non erit ab re propheta in sacra conversiones, in domum solis mentis aciem convertere; quam confixerat poetae. Ovidius enim (*lib. 2. Metam.*) decorem eius in haec carmina eleganter descripsit:***

*Regia solis erat sublimibus alta columnis
Claro miente auro, flammisque imitante pyropo;
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebant;
Nam Mulciber ibi aquora celarunt.*

Hac omnia, quam recte in b. Virginem convenient, nemo est, qui non videat: nam in primis, quod domum solis regiam vocat, *regia solis erat*, candem appellationem Virginis prius David deederal, cum dicere (*Psal. 47*): *Civitas Regis magni, cui simile est, quod ubi nostra Vulgata legit: Deus in dominis eius cognoscitur: alia lectio verit, Deus in regis eius cognoscetur.* Sicut autem illud peculiare habet in curia regis regum domus, ut reliquis omnibus civitatis tributum pendebitis, ita ut parium deservant Domino, partim famulis regis, et officiibus suae curiae; ipsa tamen regia do-

mus simile tribulum non pendat, sed ab eo nunc omnino exempla sit, ex quod habitat, et domicilium regis est; ita si similes licet omnes filii Adam , quos s. Iob (chap. 4) vocavit *butes domos*, peccatis originalibus tributum pendunt; b. tamen Virgo, quia domus regia erat, libera fuit a solutione huius tributum. Unde niente antiquo serpente eam demoliri in pugna, quam habuit contra illam, quando b. Virgo eius caput contrivit, iure optimo ipsi ei deinde dottiuiset , quod ille Caesaris Cerva in torque scriptum gestabat: *Noli me tangere, quia Caesar sum.* Quod autem subdit poeta de regia domo solis, dum dixit: *Sublimibus alta columnis*; maiorem sane sublimateum Marianum aedificium sibi vindicat, ipsa dicente (*Ecccl.24*): *Thronus meus in columna nubis.* Et cum insuper ait: *Claro miente auro, flammasque imitante pyrope, aurum illud mihi oculos ponit*, de quo loan. (*Apoc. cap. 3*) dixit: *Suade tibi emere aurum ignitum.* Hoc aurum semper inaurata fuit regia haec domus. Illud autem silentio non praereditum, quod cum Ovid. potuissest ut vocabulo latino *carbunculus*, non est usus, nisi nomine greco *pyropi*, quia cum magnalia regiae domus solis commemorare tentasset, non videbatur decere eius nomenlatum ut nomine *carbunculus*, quod diminutivum est *carbonis*, et parvum carbonem significat, ut auctor est Calepin. (*in suo dictio.*), qui propterea translatus est ad significandum gemmam prellosam carbunculus , quia per similitudinem est parvo carboni ignito. Si hoc igitur modico locuti poetas regiam domum solis magnificare; quid quoquo poterit nos preferre de b. Virgine, quae regia domus Solis iustitiae esse perhibetur? Sane quicquid virtutis est, in Deipara plenitudinem habet perfectionis, iuxta angelicum eloquium (*Luc. 1*): *Aet gratis plena.* Nil enim in diuinitatum , nihil in exiguum : omnia excellentiam, et magnitudinem Dei genitricis redolent. Non fuit quidem carbunculus alienus a pectorali summi sacerdotis, non fuit alienus ab angelo, cum inter eius ornamenta communetur. In b. autem Virgine non licet illum invenire, quia in ea omnia magna, omnia heroica , omnia immensa , omnia nescio quid infinita redolentia ; sed scio quidem , quia cum sit mater eius, qui infinitus est per essentiam, inde necessus est quantum infinitum mutuare. Sed pergit ulterius Poeta dicens

Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat.

Observa quosdam, cibar adae preciosum esse, ut cupiens Quidam, regiam solis domum magnificare, non ausus est etiam mendaciter plus eboris ei tribuere, quam opus esset ad teclorum fastigia exornanda: *Fastigia summa tegebat*. At Spiritus sanctus non semel veracissime totam Virginem vocat *eburneum*. Unde (3. Reg. 10) in figura Virginis, quam constat thronum esse Salomonis Christi Domini, haec verba legimus: *Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem*. David quoque (Psalm. 44) vocat etiam domum eburneum: *Myrra, et gutta, et casia a vestimentis tuis a dominus eburneas*. Consulto non in singulari domini eburneas, sed plu-

rali, *domos eburaeas*, illam appellat, ad significandum, quod omnes, et singulas perfectio-
nes, quibus praeditae sunt, qualquot tam inter
homines, quam inter angelos aedificatae repre-
sentantur domus a Domino, ut habitaret in eis,
la Virgo in unum copulatas in se una confinera-
nosit. Quid ergo ebura mundum, candidum,
frigidum, solidum, et ad varios colores recipi-
endios apertissimum esse perhibetur? haec quis
non agnoscit aperie pernotare eximiam Virginis
puritatem, quem ab omni macula semper
exititi aliena, virginitalis candorem, solidita-
tem patientiae, in laboribus constantiam, et
ad varios coelestis charismatum colores recipi-
endios miram aptitudinem, ac singularem
dispositionem? Rursus Ovid. regiam domum
solis ab artificiis praestantia conueniens, ait,
vulcanum fuisse, quem, *Mulecibera*, appellat:
*Nun mulecib*er* i*bi*, etc.* Poterat quidem lunonis
filium illum vocare, ut alibi enim nominavit;

Indoluit facto Iunonigenaeque marito.

Poterat illum appellare potentem in igne, si-
cūt et vocavit Virgilius:

Hoc nunc ignipotens coelo descendit ab alto

Poterat tandem alius nominibus, quorum frequens nomen est apud poetas, illum nuncupare; quid ergo est, quod *Mulciberum* illum vocari? Donatus, et Fest. (*in suis Etymol.*), docere Mulciberum dici a *mucendo*. Eleius quanvis vulcans, licet aliquip, ut poetae fingerant, fulmina conficeret, ut lupiter de celo in terram illa mitteret; cum tamen ad fabricandam domum soli manum admovet, non appellatur nomine *vulcani*, sed *Mulciberi*, hoc est, *de-mucendis*, quod suavitatem redolat. Non dissimiliter mihi videtur in aedificatione huius regiae domus b. Virginis contigisse. Deus, qui artifex illius fuit, ut Salomon testatur (*Prover. 9:1*): *Sapientia eructa sibi domum, antequam regiam hanc dominum construxisset, varia sua vindictae fulmina in terram mittet, adeo ut Deus ultionum appellaretur, Davide dicente (*Psal. 93*): *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libet egi*. Postquam tamen regiam hanc dominum Virginis fabricavit, et eam inhabitavit, non solum pacificator a Paulo (*ad Coloss. 1*) vocatus est: *Pacificans per sanguinem cru-**

*et eius, sive quae in eis, sive quae in ipsis; sed et pax ipsa (ad Ephes. 2): Ipse enim pax est nostra, qui fecit utraque unum. Denique regiam dominum solis laudat Ovid. ab operi celatori: Nam Muteiber ibi aquora celarunt: miro autem artificio, in illa esse maria sculpta, seu celata. Sane in b. Virgine non opterebatur maria celare, cum ipsa sit mare magnum, ut nomine *Mare* praeserfet, quod mare interpretatur. Auctor (*lib. de prop. rerum*), mare describens, inquit: *Mare subdignum est in necessitatibus, refugium in periculis, itineris compendium, et laborantis lucrum.* B. Virginem refugium, et subdignum esse nostrum in necessitatibus, plague omnes experientia norunt, adeo ut unusquisque veracriter sibi usurpare posset verba illius Tullii ad Catonem, qui loquens de*

militibus, qui tertiam exercitus partem occupabant, de quibus Plautus:

Agite nunc: succidite quasi solem triarii, eleganter dixit: His ergo subsidii, ea cum assecutus, quae nulla legiominibus consequi potuisse. Etenim mulla, quae milia milium angelorum, et totidem sanctorum hominum a Deo obtinere non possent, una Virginis intercessione consequimur, et obtinemus. Esse autem b. Virginem itineris compendium, et laborantis lucrum, ipsa etiam quotidiana experientia sat is probat, cum non semel sceleratissimi homines Virginis auxilium enixe implorantes a servitate diaboli furiunt liberaliter, ac aeternam damnationem effugerint.

Porro iam accedens ad portas huius regiae domus, ac sanctae civitatis Dei, duplex haec fuit, ut a principio dicebamur nempe conceptionis, per quam b. Virgo in mundum ingressa; et mors, per quam egressa est ab eo. Fide sane docemur, omnes ad ingressum, et egressum per has portas cadere, et prolabi: nam in ingressu per portam conceptionis fit casus in peccatum originali; in egressu vero per portam mortis fit casus in pulvrem, et terram (*Genes. 3*): *Pulvis es, et in pulvrem reverteris.* Beata autem Virgo divina virtute praeblerata fuit ad ingressum, et egressum per has portas, unde David (*Psal. 86*) inquit: *Dilegit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob:* has portas adeo pulchras, et nitentes divina sapientia affabreficit, ut earum amore captus a Davide dicatur, super tabernacula Iacob, illas dilexisse. Scilicet David non comparat tabernaculum cum tabernaculis, et portas cum portis, quia cum portas reliquorum tabernaculorum, hoc est, eorum conceptiones Deus tanquam peccato originali infecitas odio habeat, nequitum David potest dicere, portas Virginis dilexisse super portas aliorum, cum has nulla modo diligit, sed positive odiat. Quare sensus est adeo puram fuisse Virginis conceptionem, et nativitatem, ut maiore dilectione prosequeretur Deus Virginem conceptam, et natam quam omnes alios sanctos, qui *Dei tabernacula* merito vocantur, quia Deus in eis habitat.

Et licet hodierna die assumptionis beatissimae Virginis festum celebretur, opportune conceptionis etiam illius memoriam facio, quia cum omni perfectum, ut docuit Aristoteles, his tribus constet: principio, medio, et fine, in quibus principium bonum, medium melius, finis optimus est; sane, ut ad finem optimum Marianae glorie accedam, de quo Evangelista ait: *Maria optimam partem elegit*, opus est, ut de principio eius aliquae profaram, maxime quod hab ratione, et muneri describendi illas duas portas satisfaciā, et non obstat, quod in duas portas, et in duas tribulaciones, que intercedunt nos mis- mis. Nomine *tribulationum* in sacra Scriptura non semel observavi peccata intelligi. Sed, Hilarius (*super Psal.* 59) explicans verba illa: *Da nobis auxilium de tribulatione*, affirmat idem esse, ac si diceret: *Liberas nos a peccatis*, *et da nobis auxilium*. Et merito quidem nomine *tribulatione* peccata significantur, quia tribulatio a nomine *tribulus* derivatur, quod ut spina pungit. Constat autem nihil vehementius pungere, et lacerare, quam peccati tribulatio, et iniquitatis spinam, ut cecinit Iuvén. (*Sat.* 4):

haereat, et correspondeat, clarius innoscet. Hoc supposito, ut altius repetam, beatam Virginem in ingressu per portam sueae concipientem Quos diri conscientia facti
Mens habet attonitos, et surdo verbere caedit.
Occultum patiente anima torpore flagellum.

Prophetam autem loqui hic de tribulationibus peccati originalis, verba sequentia satis indicant, cum de illis subiicit: *Quae invenerunt nos nimis. Reliqua peccatorum genera saepe*

nos quaerunt, et inveniunt; numquam tamen, nisi nobis consentientibus per proprium actum. Peccata autem originalia filios Adae quaerunt, et inveniunt, antequam illis consentiant per proprios actus, nec expectant ad expugnandos eos ortum eorum extra uteros maternos; sed intra illorum laterbas iacentes inficiunt, quod plane est nimis invenire. Et ideo de tribulationibus huius generis ait David: *Quae inveniunt nos nimis.* Ut tamen significet propheta his peccati originalis tribulationibus Mariam nusquam fuisse oppressum, subiunxit (*in eodem Psal. 45:*) *Fluminis impetus laetificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimum.* Deus in medio eius non commovebitur. *Adiuwabit eam Deus mane diluvio.* Quasi dicat, tantum abest, quod tribulatio peccati originalis beatae Mariam contristaret, ut divina potius gratiae torrens illam inundans vehementer laetificaret: *Fluminis impetus laetificat civitatem Dei.* Ad quod magis significantum addit, quod quia futurum erat, ut esset maternum Dei tabernaculum, quod per novem menses aeterni Patris Filii inhabitare debebat, consilio illud sanctificavit, ne peccati lahes gratiae intorem in ea antevertetur: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimum;* idque adhuc significantius ultima verba indicant: *Adiuwabit eam Deus mane diluvio.* Quid aliud optime per diluvium, quod principium est diei, intelligi potest, quam conceptione, quae initium praebet vita humanae? In hoc ergo conceptionis diluvio testatur David, Deum adiuvare Virginem, ne in peccati originalis tribulationem incideret: *Adiuwabit eam Deus mane diluvio.* Esse autem verborum huius Psalmi legitimam hanc, quam tradidimus, expositionem, titulus ipsius Psalmi, qui clavis esse solet ad Psalmorum abdita arcana reservanda, satis ostendit: *Titulus eius est hic: In finem filii Chore proarcans Psalmus;* quasi dicit: Psalmus iste compositus est, ut in ultima aetate in fine temporum, quando Christus, et eius Apostoli venturi sunt, Ecclesiae deserviat. Tempora enim Christi, et Apostolorum vocavit d. Paulus (*1. ad Cor. 10:*) *Fines temporum, dicens: Nos sumus, in quos fines saeculorum decenerunt. Quod autem filii Chore in titulo nominentur, immaculatum Virginis conceptionem sub involucris historiae, quae illis Chore accedit, confexit. Nemo ignorat (*Num. 26*) dicit: *Factum est grande miraculum, ut Chore perente, filii eius non perirent.* Terra quidem absorpsit Chore proper rehellionem contra Moysen, Aaron, et cum filii tunc pariter essent cum illo, ait sacer textus ingens miraculum fuisse, quod patre perente, non periret etiam filii. Huius autem miraculi ratio in eo consistebat, quod ut tradit Episcopus Christopolitanus (*sup. Ps. 43:*) filii Chore manserunt in aere, cum terra sub pedibus eorum fuisset aperta, usque dum coniuratoribus absorpsis, iterum terra fuit reclusa, et reiecta. Evidenter cum omnia in figura contingenter illis, ut ait Apostolus (*1. ad Cor. 10:*) grande illud miraculum, quod absorbente terra Chore, non absorberet prolem eius, sed indemnis manaret, et ab illo casu liberaretur, adamassim delineavit portentosum hoc Immaculatae con-*

ceptionis Deiparae miraculum, quod perentibus omnibus eius parentibus, immo et universo genere humano, ipsa non periret, et peccati originalis profunda voragine omnes filios Adae per naturalem propagationem genitos voraxissime absorbente, beata Virgo non fuerit absorpta, cum per cunctem propagationis humanae modum originem duxerit.

Verum ne a portis b. Virginis, et praecalaria carum metaphorae discenderet videamus, revera quoquo in memoriam verba illa (*Tobiae 14:*) portas coelestis Hierusalem, beatam Virginem admirantes: *Portas Hierusalem ex sapyro, et smaragdo edificabuntur. Saphyrus in primis adeo pretiosus lapis esse perhibetur, ut ipse solus sacrae gemmae illustrem nomenclaturam sibi vindicari, ut notavit Lapidarius in horlo sanctitatis.*

Ut merito sacra gemmarum gemma vocetur.

Hoc singulare habuit beata Virgo inter omnes creaturem, quod cum reliquorum conceptione sit maledicta propter peccati originalis maledictionem; eius tamen conceptione fuit sacra, quia loco maledictionis divinae gratiae beneficio eam praevenit. Saphyrus deinde illud speciale habet prae alis gemmis, quod colesti colore fulget, et quasi particula quadam coeli esse videtur. Merito ergo portas beatae Virginis saphyro esse dicuntur, cum et portae conceptionis, et nativitas ab omni peccati immunda terra penitus fuerint defocatae, coelesti vero gratia cumulatissime. Plinius (*de nat. hist.*) de saphyro loquens, ait, in medio eius congentiam esse quandam stellam pulchram valde, et mirifice fulgentem. Ita sane conceptione beatae Virginis fulgenti divinae gratiae stella fuit exornata, eo quod postea grandior ipsa facta, instar vivi, et animali saphyri in medio uteri sua conceptione erat Christum, quem Iohannes *stellam matutinam* appellat. Illud autem mirabile est, quod non contentus Dominus ut colestes portae esset ex saphyris, etiam fundamenta illius voluit esse ex eisdem: *Sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in saphyris.* In aliorum conceptione omnia prodeunt inordinata: anima, intellectus, voluntas, appetitus sensitivus, et aliae huiusmodi potentiae; at in conceptione Virginis, quia haec omnia ordinata prodierunt, ab omni certe culpa originalia oblitique, et inordinatione aliena, ideo dicitur ei: *Sternam per ordinem lapides tuos.* Quod autem submixit: *Et fundabo te in saphyris,* s. Hieronymus testatur, quod exceptis septuaginta Interpretibus, reliqui omnes vertunt: *fundabo te in stibio;* quod quam egregie Deiparae conceptionis congruat, facile est demonstrare, quia cum stibium illustreret oculos, et clariores illos reddat; in eo conceptione Virginis singularis fuit, quod cum reliqui omnes concepiantur, peccati originalis cataractas obnubilat, ac tetra eius caligine obscenat; Maria tunc divinae gratiae stibio perlitta, originalia culpas coecitatem prorsus nescivit, et intellectuales eius oculi clariores, et perspicacie facti sunt. Scio Pagnumin postea translisse: *Collocabo in carbunculo lapides tuos.*

Sed et haec etiam versio Virginis conceptionis mirifice illustrat: cum id, quod in fundamentis aliorum calx est et arena, in fundamentis huius almac civitatis Marie carbunculus sit omnium lapidum pretiosissimus.

Ea singulari proprietate, ut auctor est d. Isidorus (*l. 16. c. 13:*) praeeditus esse noscitur hic lapis, ut inter medias tenebras splendeat. Carbunculus, inquit, *ignitum fulgorem habet, qui nec nocte vinctur, lucet enim in tenebris.* Non secus hepta Virgo inter caliginosas materni ulcri tenebras delitescens, ita divinae gratiae fulgoribus coruscabat, ut peccati originalis caligo claritatem eius vincere, aut fulgentissimos eius radios quoquomodo obscurare non posset. Atque hinc, ut id obliter dicam, factum arbitrio divino consilio, ut inter duodecim lapides, quos tanquam fundamenta coelestis Hierusalem commemorat Iohannes, non apposerit carbunculum. Cuius eam ratione fuisse reor, quia per illos duodecim lapides designabantur duodecim Christi Apostoli, ut ibidem ipse Iohannes notavit dicens: *Et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni.* Et quia nullus corum in tenebris uter materni latens, divinae gratiae luce, instar carbunculi, micturus era; idcirco carbunculum inter lapides illos fundamentale silentio praeterit. Soli certe Marianae civitati carbunculus lapis, velut fundamentum supponi debet, quia in medio nebulae, et obscuritate materni clastri abscondita, instar fulgentissimi carbunculi divinae gratiae illustrata fulgere, in instanti suea conceptionis coruscavit.

Porro, iam ad secundam portam huius sanctae civitatis, ad regiam domus Dei sermonem converlamus. Sicut enim, ut supra dicemus, conceptione fuit prima porta, per quam b. Virgo mundum hunc inferiorem est ingressa; ita etiam mors eius pretiosa secunda fuit porta, per quam egressa est ab hoc mundo, ut intraderetur in coelestem paradisum. Legimus veteres Eblusco ritu consueveris, vacca, et tauru simul iunctis, urbes orbiculari figura sulco designare; locus tamen portae sulcum nesciebat, et inaratus manebat. Non secut, licet mors corruptionis sulco morientium corpora arare soleat, corpus lamen beatae Virginis ad mortis portam perveniente, putredinis, et corruptionis sulcum non sustinuit, inaratum manebat, et post triduum, ad imitationem filii, ad dexteram eius translatum fuit. Ad quod significandum insit omnis Dominus, ut ad latere propitorum adessent duo cherubini se multo respondebentes, quorum alter eum sub figura viri, alter sub specie foeminae, ut adnotavit Arias Montanus (*in suo apparatu*), depingentur. Apie satis hi adumbrare videntur Iesum, et Mariam in coelesti patria constitutos, ubi a divinitatis intuili nunquam se averterent, multo semper aspectu se respiciunt. Et quidem si David, ut legimus (*l. 2. Reg. 7:*) talen honorem arcae testamenti deputat, ut diceret: *Vides ne, quod ego habitem in domo cedarum, et arca Dei sit in medio peltum?* unde postea et illam exornavit, et in honorifice loco constituit; multo maiorem honorem credendum est versus David, Christus Dominus, animaliae ar-

cae Mariani corporis detulisse, in qua ipse se clausit:

Ventrus sub area clausus est.

Exornavit ergo animam eius gloriosam immortalem corporis ueste, et in honorificentissima coelestis aulae sede cam collocavit, ac varia coronarum genera ei munificentissime contulit, quae sanc hand obscurae mihi praesignata videantur in verbis illis Isatae (*c. 33:*) *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, et Saron.*

Tribus illa praeclarissimis Giulia noscitur inter omnes creaturas insignita. Fuit Virgo integriforma: fuit absque integratissimo detrimento mater fecunda: fuit tandem mater non cuiuscumque, sed ipsius Dei, et Creatoris sui. Singulis his dignitatis totidem coronae debebantur: Virginis corona gloriae Libani: Matris decor Carmeli: Dei genitrici pulchritudo montis Saronis. Congru d. Mariae corona Libani respondet, quia Libanus *candidatus* interpretatur, ut docet d. Hieronymus (*de nom. Hebrei:*) candidatus autem idem est, quod *candidatus*, hoc est, nativus, et congenitus candor, cuiusmodi est candor nivis, lili, laticis, et similius, quae non supposito, sed innato candore gaudent. Illud certe discremin interest inter virgines, et alias non virgines, aliquoquin castos, quod illi naturalem, et nativum candorem servant, quem tamen isti amiserunt, solum habentes suppositum, infusum scilicet, ant acquisitionem. Et hic obliter intelligitis, propria in stemmate Virginis depingit vas canadis liliis plenum, ut significetur, tanto puritate virginis candore illam praeditam esse ex divina gratia, quanto per naturam candore suo nativo candidum est lumen: virginitas enim interpretatur, *Viror genitus.* Huic ergo tanto candori virginitatis voto illustrato, corona gloriae Libani debita erat: maternitatem autem cum virginitate coniunctas decor Carmeli respondet. Carmelus *Agnus circumcisus* interpretatur: unde perinde fuit ac si diceret: corona suo modo similis ei, quae data fuit immaculato agno, octava die circumsiso, in corpore et anima simul in coelum ascendenti data est Mariae, ut simillimi anima et corpore gloria in coelum condescenda. Tandem quia Maria non cuiuscumque mater, sed ipsius Dei genitrix fuit, coronari debuit corona montis Saronis: *Decor Carmeli, et Saron.* Interpretatur Saron, *Decor principatus;* quasi dicit: corona tantae dignitatis debita, et Virginis collata in unum complectetur omnem gloriae decorum omnibus principatibus, et coelicolis tam angelis, quam hominibus datum, ita ut beata Virgo nihil in coelesti patria, praeter Deum filium suum gloriosius se intueri valeat.

Ad extremum, Rupertus Abbas (*lib. penult. Cap.*) sanctissima primordia, media stupenda, ac gloriosum finem totius vitae Deiparae contemplans, de illis interpretatur verba illa (*Cantic. 6:*) *Quae est ista quae progeditur, quasi aurora surgens, pulchra, ut luna, electa, ut sol etc.* Cuius verba quia supra retuli, consulto silentio praeterero; illud tamen subiun-

gens, recte Virginem in coelum assumplam soli comparari, quia sicut sol inter omnia corpora coelestia plus claritatis, et splendoris a Deo accepit, et ideo plus prae celestis omnibus donat, in haec inferiora manifestissime influens: ita beata Virgo, quanto plura in coelis gloriae charismata a filio suscepit, tanto plura bona in nos diffundit. Unde Oleaster (*super cap. 20 Ezodi*) observat, quod verbo illi, *electa*, correspondet in Hebreo aliud, quod *spontaneum et voluntarium significat*; et subdit, idem eliam verbum significare *huncundinem*, quia sponte sua domos nostras ingreditur, et in eis nidalit. Quibus non obscurae significari, quod cum Spiritus sanctus ait, beatam Virginem esse electam, ut solem, aperie ostendit non solum excellentissimam in staris super omnes creaturas, sed velut liberalissimam, in omnes sponte, et voluntarie coelestem honorum munera diffundere; adeo ut sicut sol, nisi ei obicem apponas, ostia ac fenestras ei claudens, totam domum fulgentissimis suis radiis illustrat, et exornat; ita beata Virgo, quae electa est, ut sol, beneficentiae suae radios in omnes diffundi; et veluti civitas refugii omnes de confusione materno affectu suscipit, et foveat, ut pote quae pia magis, et clementior civitas refugii esse perhibetur, quam reliqua omnes, quarum sacra eloqua meminerunt, in tutelam, et refugium miserorum destinatas (*Numeri* 35), (*Iosue* c. 20), et (*Deuter. c. 19*), quia illae civitates non poterant protegere nisi innocentes a culpa, ut constat ex verbis ipsius sacri textus; Mariam autem haec civitas refugii et innocentes, et peccatores salvat, dummodo inducent poenitentes. Propter quod de ea dicit David (*Psalm. 76*): *Gloriosa dicta sunt de te exercitatae Dei*. Sed quare gloriosa: quia membrum est Rakhob, quae fuit meretrice, sed poenitentia, quando suscepit exploratores, ut habetur (*Iosue* c. 11), et *Babylonis*, qui Ezechiam regem, vel populum, quem temebat captivum, ad propriam patriam libere redire permisit tempore Cyri regis Persarum, et Tyri, et populi Aethiopum, qui ad eum fugerunt, tanquam ad civitatem refugii. Omnes hi fuerunt per te protecti, ac defensati ab illi tui, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat in sacculo saeculorum. Amen.

HOMILIA XII.

Adductis variis sacrarum literarum locis, in sensu mystico explicatis, gloriosam Deiparum Virginis assumptionem illustrare conatur.

Verba illa Davidica (*Psalm. 47*): *Deus in dominis eius cognoscetur, cum suscipiet eam, assumpcionem Deiparum Mariae non obscurae praesignasse mihi videntur. Neminem sane arbitror ita mentis inopem, qui in mirabili crea-*

*turiarum varietate, velut in fulgentissimo speculo non agnoscet bonitatem, potentiam, et providentiam supremi earum opificis. Quicunque enim aciem converterit in fabricam haec universi, cuius basis terra esse perhibetur, prima superficies, coelum: secunda, ignis; tercia aera: ultima aqua, non poterit mirabilem Creatoris potentiam non valde mirari; et quamvis, instar aspidis, obturet aures suas, necesse erit, coelorum harmoniam etiam invitus sentire, cuius meminit David (*Psalm. 18*): *Caeli enarrant gloriam Dei*. Quod si quispiam David obiectat, quomodo coeli, cum lingua carant, gloriam Dei enarrare possunt, maxime ipso dicente, ut Batubalus verit in Hebreo: *Non est verbum, neque sermo, non auditus vox eorum*? In promptu est responsum ex illo Themistocleis, ut auctor est Plutarchus, dicens verba persimiles esse tapet figuris, quae tametsi mutata loquuntur. Cui consonat illud magi Gregorii: *Pictura gentibus pro lectione est*. Unde Iudeus David de ipsis coelis ibidem ait: *In omnem terram exivit sonus eorum, quia infideli, et regularis eius motus, et mirabilis ordo*, Creatoris magnificientiam per totum orbem terrarum proclamat. Unde ubi nostra Vulgata legit: *In omnem terram exivit sonus eorum, Batubalus verit: exivit regula: Aquila: exivit ordo: Paganus: exivit linea: Quid si mirabilia quoque coeli continent, contempletur? stellarum diversitatem, viam lacteam, Zonam torridam, zodiacum, circumlumen meridianum, Orlizontem, saltus lunae, eloquentiam Mercurii, gratiam Veneris, fervidum calorem solis, fortitudinem Martis, benignitatem Iovis, malenoliam Saturni, et alia pene innumerum? haec omnia quis non video, divinorum laudem praecones esse?* Ceterum, per haec omnia cognoscendum Deus extra propiam domum suam; hodierna autem die cum beata Virgo in coelum suscipitur, singulari modo cognoscitur, et innotescit illius magnificientia in propria eius domo (*Psalm. 47*): *Deus in dominis eius cognoscetur, cum suscipiet eam*, scilicet in aeterna beatitudine, ut adnotat glossa interlinearis; ubi notanda est singularis versio Pagini, qui in hunc modum praedicta verba transferit: *Deus in dominis eius notus, ad elevationem. Qui clarus potius dici ad signandum Dei potentiam valde innotescit*, cum beata Virgo ad coeli eucnemia super angelos sua elevata. Ecclesia catholica canente: *Exaltata est sancta Dei genitrix super choros angelorum ad coelestia regna?* Tunc Deus fecit potentiam in brachio suo, ubi superiora gloriam soli Virginis conferens, quam omnibus coelicolis simul, per quod sane mirum in modum magnificientiam suam ostentavit.*

Deinde in idem argumentum celebris est locus ille (*Canticum. 3*): *Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrae, et thuris, et unciari pulveris pigmentarii?* Symmachus verit: *Sicut evaporatio fumi: Aquila: sicut similitudo fumi ex suffumantibus*. Ambros. (*epist. 62*), *sicut vultus propago, fumo incensa, odorificata myrra, et thure*: d. Greg. Nyss. *sicut virginarum, seu stipitum fumi. Alii verulant: Sicut palma, seu columna propter re-*

*clissimam altitudinem: origine hebraicum: vapores fumi. Quae omnes translationes varia Virginis indicant praeconia. Illud tamen mirabile videri posset alicui, quomodo angeli beatam Virginem in coelum assumplam cum fumo, re despectissima, comparent, seu componant: maxime cum fumus symbolum sit tenebrarum, vanitatis, et fletus? Ioannes autem amicat solis splendoribus Virginem vidit, aurora, lumen, immo et ipsi soli eam alibi comparavit. Quid autem queso commune habet teter fumus cum rutilanti aurora, cum pulchra luna, aut cum mictibus solis radis? Non igitur videtur Virginis fumi similitudo congruere. Sed longe alter se res habet. Audite primum Patres nodum hunc solventes, deinde quod nos adiiciemus. Rupertus (*in comment. huius loc.*) hanc praecalarat, et ingenio eius dignam mixtam interpretationem, cum Virgine loquens, in haec verba apponit: *Odor tuus, odor humilitatis tuae praecepit ascendit ad Deum, ut vere sacrificium contributum spiritus. Quid est fumus, et quid pulvis, nisi spiritus lacrymosus, et conscientia valde humiliis? et sua quidem astimatione, vere humilis est fumus innoxius, quasi crevii, sive torris obsoeti, et pulvis terrae sine aqua, et silentis, rueta illud: Quia defecimus, sicut fumus, dies mei, et osa mea, sicut crevium, aruerunt: et sicut Abram dicit: *Lougar ad Dominum meum, cum sim pulvis, et cinis. Sed non ita astimatione Dei, aliter, et melius illi te discernit. Tu dicas: pulvis sum terrae, qualiter ventus dispergit, aura tollit; et ille dicit: non, sed pulvis pigmentarii, pulvis myrrae, et thuris: qualem pigmentarius Spiritus sanctus conficit ex optimo thure, quae sunt stuvatis mentis, et ex myrra probatissima, quae est mortificatio, sive incorruptionis carnis. Tu dicas: fumus ego sum teter coram divinis oculis, qualiter camino, sicut de familio deficiens ascendi, ascendas defect; et ille dicit: non, sed fumus ex aromatibus myrrae, et thuris, qualiter decet ascendere de auro thuribulo ante altare aureum usque ad oculos, et olfactum Dei. Talis virgula virtuia tu a beata Virgo Maria suave odorem spirabit. Aliud est virginalis odorem, et quod est Gulielmus. Quid enim antiquis diebus tam neglectum, atque desertum, quam virginitas? elemen cum ratio illius temporis officium propagationis exposceret, in omnium ore illa verba versabantur (*Iudic. 11*): *Maledictus, qui non fecerit semen in Israhel*. Unde filia Iephite, in aetate nubili sine filiis moritur, virginitatem suam per duos menses flexit, in montibus, expians eo quo poterat modo, maledictionem suam. Quia lamen propria illa lamentatione a tam gravi maledicto non radicis expiata videbatur, convenienter filii Israhel singulis annis, et solemnem luctu per dies quatuor exhibebant eam. Ecce virginitas illis temporibus pree amore sobolis, et metu maledicti, quam exosa, et abominabilis, et quam deserta res fuerit. Per hoc igitur virginitatis desertum beata Virgo ascendit, quia perpetuum Deo vovens virginitatem, ut dignum Deo fieri habitaculum, maledictionem illam non exhorruit. Unde factum est, ut salva virginitate semen in Israhel faceret, et benedictionem illam amplissimam reciperet (*Ecclesiastes. 24*): *Benedictionem omnium gentium dedit illi, per quam singulari miraculo mater Dei facta est. Unde doctissimus Gulielmus (*in c. 3. Cant.*) dixit: *Maria amore incorruptionis parata est a sua gente elegium maledictionis incurrire; et ecce salva incorruptionis gloria, totus ei mundus proclama-*****